

# COMPEN-

DIV M V SICES, TAM  
figurati quàm plani cantus ad for-  
mam Dialogi, in usum ingenuæ pubis  
ex eruditis Musicorum scriptis accuratè congestum,  
quale ante hac nunquam uisum, & iam recens publi-  
catum. Adiectis etiam regulis Concordiarum &  
componendi Cantus artificio, summatim omnia  
Musicæ præcepta pulcherrimis exemplis  
illustrata succincte & simpliciter  
complectens.

PRÆTEREA ADDITÆ  
SVNT FORMVLE IN TONANDI PSAL-  
mos, & ratio accentus Ecclesiatici, legendorum  
quoque Euangeliorum &  
Epistolarum.

Ab AVCTORE LAMPADIO Lü-  
neburgensi elaborata.

IN LAUDEM MVSICES IOANN.  
TELORVS.

**Q**UE M non delectet diuinæ Musica mentis ?  
 Cui non organicos suscitet illa sonos ?  
 Musa sonis penetrat sensus, et peccata mulcet  
 Hæc uitæ comes est, gaudia mentis habet.  
 Hæc decus, hæc ipsa est homini numq; Deumq; uoluptas  
 Qua sine nil animis, complacet usq; pijs .  
 Spiritus ac ueluti corpus sustentat et auget .  
 Musica sic animos excitat atque fouet .  
 Aethereis spherarum uocibus ipsa resultat  
 Musica uox, uocum quæ parit omne melos .  
 Num nis hæc habet afflatus, dulcedine cantus  
 Per mouet atq; rapit quodq; sonare ualens .  
 Musica sic placeat multis è millib. unum  
 Virtutis munus, quod colat omnis homo .

**S T U D I O S O M V S I C E S E B E R A R o  
dus à Rumlango Vituduranus. S.**

**S**i alio nullo merito certè propter uetus latè & In-  
suētores Musica omnibus iurè cōmendatissima ex-  
sisterit: cui priscis temporibus tantum & studij ac uer-  
rationis sit habitum, ut ijdem Musici (Quinti: teste) ex-  
Vates & sapientes iudicarentur. Propterea quod hæc  
cum diuinarum rerū cogitatione cōiuncta, sacris etiam  
plerumq; adhibita fuerit, atq; hoc ipsum non sine maxi-  
ma ratione, perspexere enim sapientes uiri plerasq; li-  
berales disciplinas, in his quæ extrinsecus adueniant ce-  
cupatas, hanc uero solam penitus à spiritus arcano pro-  
fici sci ut nullo certiori teste, quicquid in animo uerse-  
mus, nisi uocis modulamine significemus, utpote que re-  
conditissimas cogitationes mentis perfectas, & explo-  
ratas habeat, unde etiam mos inoleuit, ut si qui pietate  
cem, quam devotionē erga deum appellant, testari uo-  
luerint, hoc non absq; uocis significatione præstiterint,  
estim uide licet adhibentes, qui ut disimulare nolit sic  
etiam nesciat. Quod ubiq; ex diuinis atq; prophanicis li-  
teris uatumq; canticis potissimum tamē psalmographo,  
luculenter apparet. Ad hæc apud Priscos gratulandi of-  
ficium si quis nouam vineā plantasset, nouas ædes inco-  
leret, aut aliud quippiā noui exorsus fuisse, sicut etiam  
annonā collecta gratias canebat, non nisi Musices præsi-  
dio peragebatur: Sed quando nemo sanus, hanc ingenu-

A ij

am disciplinam aspernetur, quod à probatissimis ma-  
 gno semper in precio sit habita, atq; hinc miris & con-  
 dignis præconijs celebrata, maximi tamen facienda uel  
 ipsa Natura demonstrat, quod haec plurima nobis ad =  
 minicula præfiterit ad huius officium explendum, no-  
 cisque flexum recte modularum: unde etiam hoc cī-  
 sequitur, ut sēpe, licet rudi & inerti cantillatione per  
 strepemus, laborum tamen graues molestias leniamus,  
 solemur & fallamus. Ceterum hec non modo suo fungi  
 tur officio, si nos ad alacritatem fixe aliam mentis affe-  
 ctionem uoce testandam perpellat ac excitet: Verum  
 etiam ubi alios (ut obticeam interim nutricum cantus  
 quibus infantes ad somnum invitant, aut aliâs concita-  
 tos demulcent) Musices officio concinnè defungi percipi-  
 emus (nisi planè, instar bruti, stupidi simus & ab im-  
 pudenti stoliditate exagitemur) ad nos etiam cōmouē-  
 dos ac excitandos suus quis habet uires exerat, qua  
 subminiculante in aduersis solatia ad dolorem nostrum  
 subleuandum administrantur simul ad honestas &  
 ar-  
 duas res amplectandas extimulamur, quod uel Poëta =  
 rum carminibus satis liquebit, ut interim que paſſim  
 experimur non refiram. Prolixior fieram si de Dorio  
 modo quo Timotheus Alexandrū percellebat ac incita-  
 bat; Lydio quoq; qui à quibusdam fletibus, aut Mixoly-  
 dio qui perturbatior Tragoedijs accommodus uisus alijs  
 que, plura percenscrem. Dorius enim ad grauiores uo-  
 cis actiones Lydius ad acutiores Phrygius ad medias

**ut**ilis habebatier: Sed hoc tantum perstringam, quod  
cuius promptum, Musicam, uidelicet, tantam ha-  
bere cum Grammatici: Dialectic: Rhetorica conne-  
xionem affinitatemq; ut nisi rerum uocabula conue-  
nienti & debita uocis, uel intensione uel remissione pro-  
ferantur, uniuersum Rhetoris officium, quod in eloquē-  
do potissimum constituitur, mancum & mutilum red-  
datur, atque omni gratia destitutum prorsus corruat.

Non itaque temere hunc locum in disciplinarum ordi-  
ne in quo censetur, sortita est, que uidelicet, Colopho-  
nem dictis artibus addat, easque quasi plane absoluat,  
ut digni & ueroros dicatur, quasi literas omnino igno-  
ret qui hanc non calleat. Iam uero licet inter cetera uo-  
ce quoq; habeamus à natura inditā, uniuersa tamen sic  
confusa nobis exhibita sunt, ut nisi artiū excolantur be-  
neficio, rudia maneāt & nihil liberale, adcoq; exculto  
homine dignū hinc consequatur, nisi quatenus ratio (sed  
(pud paucis:) quædā attemperarit, cui quoq; artiū præ-  
cepta, studio & opera maximorū uirorū debemus, om-  
nium siquidē disciplinarū primordia & uelut semina-  
ria à Natura percepiimus, que deinde cultu artiū in u-  
berem prouentum producuntur. Proinde operam opti-  
me collocasse uidentur, qui studium in hanc præclarām  
disciplinā promouendam posuerint, splendidam gratia-  
rum Coronā à bonis reportatur. Sed expedit etiam nos-  
se quomodo quidque sit tradendum, ut si quid pueris  
instituitur breue sit, ne præceptorum uel longitudine,

varietate, seu multitudine potius obruatetur quam quid  
 emolumenti consequuntur, uidetur hic A V C T O R  
 LAMPADIVS, ipsum ita obseruasse quam qui maxi-  
 me hoc duntaxat respiciens ut erudiret, non quo se uane-  
 ostentaret, etiam hinc summam perspicuitatem libello suo  
 addens, quod iuxta morem antiquissimorum Philoso-  
 phorum, in formam Dialogi, hanc arte simplicissime &  
 distinete tradidit, exemplis etiam luculentis omnia illus-  
 strauit, ut non tantum in aures traditam artem, uerum  
 etiam ad oculos paratam habeas. Hanc igitur ab in-  
 genua pube uotis summis ampliati cupiā que ex  
 perietur, quantum hinc emolumenti sit  
 adeptura, si ad reconditiona eius  
 inuestiganda strenuam &  
 solerterem operam ad  
 bibuerit.

Vale.

(?)

Datum Berne Helucti. XV. KAL: Augu.

Año M. D. XXXVII.

**AVCTOR LAMPADIVS**  
Ioanni Leonardo Tœbinck, & Io-  
anni Schomacher, optimæ spei  
pueris patritijs.  
S. D. P.

**E**Xigit Quintilianus à præceptoribus, studiosi pueri, nō solum, ut sint bonis moribus prædicti, sine quibus non utiliter literæ, quantumvis elegantes, discuntur, & eruditi, quod hi tantum faciliter docere, quæ probe teneat, possint sed etiam ut fideliter fidei suæ cōmissos, instituant. Quod nemo facile præstabit, qui se ad captum auditorum suorum non demiserit. Quium igitur mihi, tradendæ Musice, artis nobilissimæ, in schola nostra, mandata sit prouincia, iudicauimus muneris esse mei, rudes adhuc eius artis pueros, primis elemētis, p̄spicue & simpliciter imbuere. Cōtraximus igitur ex huius artis clarissimis professoibus, tantum Canonum & præcepto-

A iiiij

rum Mūsicæ, quantum teneræ ætatulæ  
 satis esse putauimus, in breues & aper-  
 tas quæstiunculas, quas uobis inscribere  
 ac in rem totius scholæ nostræ publica-  
 re, nobis uisum est non indignum. Quo  
 facilius & uos prima Mūsicę rudimenta  
 percipiatis, & æquus iudex penitus in-  
 telligat, calumniatores ludi nostri, im-  
 pudenter agere, quum blaterant, pue-  
 ros scholæ nostræ, negligi, cum in alijs  
 bonarum artiū rudimentis, tum in Mu-  
 sicis. Vestri est officij, gratis animis, hoc,  
 quicquid est libelli, suscipere, ac in his  
 quæstiunculis perdiscendis uos diligen-  
 ter exercere, & præceptores uestros, nō  
 minus amare quam studia: Valete opti-  
 mæ spei pueri. Data Luneburgi,  
 ex ædibus nostris.

Anno 1537.



**C O M P E N D I V M M V S I C E S**  
ex eruditissimorū Musicorum, scri-  
ptis, in usum Tyronum in Dialo-  
gi formam congestum.

**Q**uid est Musica? Est quæ rectas  
cantandi formulas demonstrat.  
teuto. eyn sing künst.

Quotuplex est: Duplex, Theorica  
& practica.

Quid est Theorica? Est ars quæ diuer-  
sorum sonorum proportionem, ingenio  
& ratione perpendit.

Practica quæ est: quæ certum psallen-  
di modum præscribit.

Principalis practicæ Musices  
Divisio.

Quotuplex est practica? Duplex,  
Choralis, & Mensuralis.

A v

**Quid est Choralis Musica? Est quæ  
nullo notarum discrimine constat.**

**Quid est mensuralis? quæ circa vari-  
as notarum, paularumq; species consi-  
tit, dc qua inferius.**

### **De Clauibus Musicis.**

**Quid est clavis? Est uocis formandæ  
index, adhærens lineæ aut linearum in-  
teruallis.**

**Quot sunt claves? viginti, Recita:**  
**ut, Are, Bmi, Cfaut, Dsolre, Elami,  
Ffaut, Gsolreut, alamire, bfa<sup>h</sup>mi, csol-  
faut, dlasolre, elami, ffaut, gsolreut, aala-  
mire, bbfa<sup>h</sup>mi, ccsolfa, ddlasol & cela.**

**Sunt ne plures Claves præter uigin-  
ti? Minime, uerum quando in Scala  
b molli, b, clavis, in duas diuiditur, tunc  
viginti duæ numerantur.**

## De Clauium dispo.

**Quid est Clauiū dispositio?** Est Mu-  
sicalium, in ordinem quendam distri-  
butio.

**Quot sunt dispositiones Clauium?**  
tres, infima, media, & suprema.

**Infima** quæ est: quæ octo claves in-  
cludit, vt, s' vt Are, Bmi, Cfaut, Dsolre  
Elami, Ffaut & Gsolreut, dicuntur eti-  
am graues siue capitales.

		Infra omnes ponuntur
Cur dicū tur	Infimæ: Graues: Capita- les:	quia
		grauē sonum reddunt
		capitalibus & grandiusculis literis scri- buntur.

Media quæ est? Quæ septem claves continet, ut, alamire, bfaſimi, cſolfaut, dſolre, elami, ſſaut, & gſolreut. Et uocantur, Mediæ, acutæ, & minutæ.

Quare uocan- tur	{	Mediæ:	{	intra infimas & supremas ponuntur.		
		Acutæ:			qa	acutū ſonum præbent.
		Minutæ:				

Suprema quæ est? Quæ quinqꝫ Claves includit. ſcīlic. aalamire, bbfauſimi, ccfolta, ddſol, & ecla, quæ etiam geminatæ & excellentes dicuntur.

Qua ra- tione di- cuntur.	{	Supremæ:	{	ratione positionis quod geminatis li- teris ſcribuntur		
		Geminatæ:			{	quia ceteras omi- nes ſuo ſono excel- lent.
		Excellentæ:				

## De compositione Clauium.

Quid est compositio Clauium?  
Est Literarum & uocum Musicalium  
coniunctio.

Quot modis Claves Componuntur?  
Duobus, ex literis & syllabis.

Quot literis? septē, vt,a,b,c,d,e,f,g.

Quot syllabis? sex, vtpote, vt, re, mi,  
fa, sol, la, que in Musica uoces dicuntur.  
Hic obseruabis puer, literam, in compo-  
sitione clauium, semper debere præpo-  
ni, iuxta illud.

Principium cuiusvis Clavis litera  
est, finis uere uox.

## De Scala.

Quid est Scala? Est bene canēdi fun-  
damentum. Nam nisi quis in ea funda-  
menta fideliter iecerit, difficile certam  
modulandi artem consequi poterit.

Scala Generalis, in qua Claves con-  
tinentur.


	ee	la		
dd	la	sol		
cc	sol	fa		
bb	fa	mi		
aa	la	mi	re	
g	sol	re	vt	
f	fa	vt		
e	la	mi		
d	la	sol	te	
c	sol	fa	vt	
b	fa	mi		
a	la	mi	re	
G	sol	te	vt	
F	fa	vt		
E	la	mi		
D	sol	re		
C	fa	vt		
B	mi			
A	re			
Namma	vt			

Quot ex dictis clavisbus dicuntur signatae: quinqꝫ, vt, F ut, C solfaut, G solreut, & D la sol.

Cur vocantur signatae: quia expressae in cantus exordio ponuntur.

Qua ratione: qꝫ cantoribus certā intonandi rationem præmonstrant.

Signa claviū signatae in utroqꝫ cantu.



Quot ex his sunt magis familiares: duꝫ scilicet, f & c. Reliquæ in cantu mensurali sunt frequentiores, præcipue in compositione cantilenarum ad quam, maxime conducunt.

## De distantia earundem.

Et distant inter se mutuo per diapente, F, tamen ab Gamma distinguat se optima quamvis.

## De uocibus.

Quid est uox Musicalis? Est syllaba qua clavium tenor exprimitur.

Quot sunt voces? sex, scilicet, Ut, re, mi, fa, sol, la.

Differunt ne uoces? maxime, nam ex dictis sex vocibus, quædam molles, quædam duræ, & quædā mediocres siue naturales dicuntur.

Quot sunt vt & fa  
mi & la  
re & sol  
 Molles:      Duræ:      Mediocres  
 Duræ:      Molles:      siue natura  
 Mediocres      siue natura  
 siue natura      les:

Cur di mollē  
durū  
medi-  
ocrē  
 Molles:      Duræ:      Mediocr.  
 Duræ:      Molles:      Mediocr.  
 Mediocr.      Duræ:

## Exercitatio sex uocum Musicalium

### DISCANTVS.



Ordo uocum differentiarumq;

### TENOR.



Ordo uocum differentiarumq;

Quot sunt uocum deductiones? septem, quarum prima auspicium facit in **Gut**, secunda in **Cfaut**, tertia in **Ffaut**, quarta in **Gsolreut**, quinta in **csolfaut**, sexta in **Ffaut**, septima in **Gsolreut**, ut patuit in supra scriptis scalis.


De uocum mutatione.

Quid est uocum mutatio? Est unius uocis in aliam variatio.

B

**Quot uocib⁹ fit: Duabus , scilicet,  
re, & la.**

**Quomodo ⁊ ascendendo fit per uocē  
re, descendendo uero per la, hoc modo.**



**Ami ce quomodo huc intraſti.**

**De coniunctis seu fictis vocibus.**

**Quid est uox coniuncta: quæ in cla  
ue canitur, in qua essentialiter non repe  
ritur, nec in eius octaua.**

**Quot sunt coniunctæ, siue uoces fictæ:  
duæ, scilicet, fa & mi.**


**Cur sunt inuentæ: ob suauissimā ac  
lēpidissimam resonantiam, quam, in can  
tu positæ, præbent.**

**Quot sunt claves, in quibus istæ uo  
ces reperitur: in omnibus ferè clauib⁹  
poni possunt, sed hoc, propter dissonan  
tiam uitandum,**

Per quæ signa indicantur: per signū  
mollitatis & ḥ dure siue aspiratiōis. ☒

Quomodo? Signum b mollitatis in-  
uenitur in locis ḥ duralibus, quād uox  
naturaliter dura in mollem mutatur. Si-  
gnum uero ḥ duri seu aspirationis repe-  
ritur in locis b mollaribus ubi uox natu-  
raliter dura mutatur in mollem.

Hoc modo.



D I S C A N T V S.



T E N O R.

B ij

Argutiora exempla ac rauiora, in  
Musica Andreæ Ornito: reperies, quæ,  
cum hæc prima rudimenta percepéris,  
consules.

## De differentia notarum Cho- ralium.


Differunt ne notæ in Cantu choralis  
minime: Nam cuiuscumque speciei fuerint,  
siue ligatae, siue non, licet formam uari-  
ent, tamen ualorem suum nunquam im-  
mutant. Omnes enim eodem tactu sunt  
proferendæ, &c.

## De Cantibus.

Quid est Cantus? est sex uocum &  
continua & apta deductio.


Quotuplex est Cantus: triplex, sci-  
licet, Naturalis, b moliaris, &  $\natural$  duralis.

Quomodo cognoscuntur: per vt,  
penes ascensum, sic.


Omnis can-  
tus habēs vt  
in  est 

C, c, naturalis.  
F, f, b mollaris.  
Gg, h duralis.


### Exemplum de Cantu naturali.



Vt in Cfaut.



vt in Ffaut      b mollarī.



vt in Gsolreut      h durali.

In C natural, Fbmol, Gg; h dural,  
h durū triplico reliquas cāt, geminabo.  
B iij

## De Solfizatione.

**Quid est Solfizatio? Est uocum Musi-  
calium continua expressio.**

**Quid respiciendum est in Solfizatio-  
ne? in solfizatione maxime consideran-  
dum est, quare cantores, in expressione  
uocum, diligenter & clauem respicient  
atq; obseruabunt, ne mi loco fa expri-  
mant, aut contra.**

**Quomodo igitur istae voces quae in  
clauibus continentur sumendae sunt, in  
solfizatione? Voces sunt duplices, infe-  
riores, que, si cantus in altum tendit reci-  
piendae sunt, utpote, vt, re, mi: Et superio-  
res, scilicet, fa, sol, la, que in discensu can-  
tus sumuntur: Sed in primis respicienda  
est scala, dura an mollis sit.**

## C A N O N.

**Quotiescunque enim signum & ♫  
præter cantus naturam signatur, modu-  
labitur fa uel mi quo usq; durauerit.**

Quomodo hoc deprehendam, quoꝝ usqꝫ durauerit: non oportet exprimentem uoces, signaturam sequi, quemadmodum b faꝫmi, in scala b molli sequimur, sed quam primum illæ uoces motæ fuerint, & cursus ad locum suę motinis peruenierint, tunc nec fanec mi, sed quam scala regulariter exigit, recipienda est.

Hocmodo.



T E N O R.



B A S S U S.

De octauis idem est  
Iudicium.


B iiiij

**De cantu transposito notetur  
sequens Distichon.**

*Quantum concendit clavis, tantum nota, rursus  
Descendit, uerso quoque sic intellige sensu.*

Cur cantus transpositio est inuenta? propter linearum inopiā, nam olim cantores suas cantiones tribus aut ad summū quatuor lineis depinxerūt, id quod adhuc hodie in omnibus ferè canticorū libellis cernitur, nūc autem raro hac utimur, quia, si necessitas urget, sextam ad īcimus lineam, quod etiam ubique obuium est.

**Exemplum.**



Hæc sunt coniuia.

**De Interuallis siue modis Musicis.**

Quid est Interuallum? est uocis à uoce distantia.

Quotplex est Interuallū? Duplex, scilicet, simplex & compositum.

Quot sunt Interualla simplicia? quinque, vnisonus, tonus, diateffaron, diapente, & diapason. Reliqua omnia ex dictis componuntur.

Quid est unissonus? est fundamentū & principiū modorū, uel est duarum uel plurim notarum in eodem loco reiteratio, sic.



Sequitur Tabula resolutaria de Interuallis usitatis ribus.

(:)


B v

Vnifsonus		
Semitonium	imperfecta	3 secunda
Tonus	perfecta	3
Semiditonus	mollis	3
Ditonus	dura	tertia
Diateſſaron		quarta
Diapente		quinta
Semitonium dia.	mollis	3
Tonus diapen.	dura	sexta
Diapason		octava
Semi. diapason	imperfecta	3
Tonus diapa.	perfecta	3 nona
Semidito. diapa.	mollis	3
Ditonus diapa.	dura	decima
Diateſ. diap.		undecima
Diapen. diap.		duodecima
Semi.diap.diap.	mollis	3 decima
Tonus diap.diap.	dura	3 tertia
Semidi. dia. diap.	imperfecta	3 decima
Ditonus dia. diap.	perfecta	3 quarta
Disdiapason.		decima quinta.

Nomi  
na mo  
dorū.


Quot sunt semitonias? duo: Alterum Maius, fitq; ex fa in mi proximū, & Alterum Minus, quod fit ex tono. Iudicaturque per hoc  signum.

Quot sunt Toni? quatuor, qui mouentur in proximam secundam, sic.



Ex his quatuor reliqui omnes formantur.

### Exercitatio de modis sive interuallis.



Ter trini sunt modi quibus omnis cantilena



contextitur scilicet, Vnisonus semitonium Tonus

nas Semi ditonus Di to nus Di a tessaron  
 Di a pente Semitonium cum diapen= te  
 te To nus cum diapete adhuc modus diapason  
 Si quem delectat eius hunc modū esse co  
 gnoscat cūq; tam paucis modulis tota  
 hermōia formetur utilissimum est eam alta



### De prohibitis interuallis.

Quid est prohibitum interuallum? est uocis bene sonantis contra male sonantem positio.

Quot sunt: tria, Tritonus, Semidiapente, & Semidiapason.

Quid est Tritonus? Est quarta dura,  
sitq; ex tribus tonis, sic.



Quid est semidiapente? est imperfe-  
cta quinta, de mi ad fa tendens, hoc  
modo.



constās duobus tonis & duobus semito.

Quid est semidiapason? Est imperfe-  
cta octaua, de mi ad fa gradiens, quæ ni-  
hil omnino sonoritatis habet.



habetq; tria semitonia & quatuor tonos.

Ad hæc referuntur, septima, nona, vn-  
decima, quæ rarissime in usum Musicū  
accedunt.

## De Tonis.

Quid est Tonus: est certa regula, qua cuiuslibet cantus, melodia dirigitur.

Quot sunt toni: octo, recitati primus secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octauus.

Quotuplex est tonus: duplex, scilicet, autentus & plagalis.

Quid est autentus tonus: est qui maiorem ascendendi auctoritatem habet, quam plagalis, vocaturq; clamosus.

Quot sunt autentici toni: quatuor, ut primus, tertius, quintus, & septimus, sic dicti, quia crebro octauam supra notam finalem contingunt.

Quid est plagalis: qui maiorem descendendi vim habet autento, diciturq; obliquus siue humilis.


Quot sunt plagales toni: etiam quatuor, scilicet, secundus, quartus, sextus, & octauus: Hi supra finalem vocem diapenten habent, diatessaron vero infra eandem vocem constituunt.

**Quod modis toni cognoscuntur; tribus, scilicet, principio, medio, & fine.**

**Quomodo cognoscitur in principio;**  
**Omnis cantus in principio ultra notam**  
**finalem, mox scandens ad quintā, est au-**  
**tenti toni, qui uero non, est plagalis.**

**Quomodo in medio;** penes ascen-  
 sum, Nam cantus qui in medio supra  
 chordam statuam Diapason habuerit,  
 est autenti Toni, qui uero non, est pla-  
 galis.

**Quomodo in fine deprehenditur;**  
 per extremas uoces, hoc pacto.



Cog-

## Cognitio irregularis siue transpositi cantus.

Omnis cantus sciens in	<b>C</b> solfa = ut Alami= re mi. Alami.	est	quinti tertij primi	uel	sexti quar. secuni.	toni.
------------------------	--	-----	---------------------------	-----	---------------------------	-------

Quando cantus transpositus in b, classice mi habet, est primi uel secundi toni. Si uero fa in ea considerauerit, tertij vel quarti est.

Cætera quæ hic desiderantur omnia, diligens usus, artiumq; omnium magister, docebit.

Sequuntur Tonorum Tropi, quibus Psalmi exeunt.



Primi

Secundi

C



Quotuplex sunt Psalmi: Duplices,  
scil. Maiores & Minores.

Quot sunt Psalmi maiores: Duo, ut,  
Magnificat & Benedictus.

Quot sunt minores: omnes aliij præ-  
ter dictos, puta qui à Davide sunt æditi.

Sequitur minorum Psalmo-  
rum inceptio, & ad me-  
dium deductio.



Maiorum Psalmorum intonatio.

Autenti.

Plagales.



I. Magnificat aīa magnificat aīa  
C ij

III. Magnifi.anī. mea mag.anī me.do.

V. Mag.anī. mea Imag.anī. mea dñm

VII. Mag. mag. mag.anī. me.dñm

Quare omittis tonorum differentias? quia non sunt de musicorum essentia, et cum tam uarie sint, quis de illis certas regulas præscribere ausus est?

Qua ratione sunt inuentæ? Cum, propter incertos catores, ut eo facilior esset Psalmorum inceptio: Tum, quod Antiphonarū repetitio, Psalmis finitis esset suauior, &c.

Nulla quidem alia ratio (meo iuditio) in medium adferri possit.

Finis plani Cantus.

# MUSICÆ MENSURALIS Compendium.


**Q**uid est Musica mensuralis? Est pars quæ varij notarum ac pulsarum figuris constans, augmentum & decrementum prolationis, iuxta signorum exigentiam, patiens.

Cur à quibusdam dicitur noua? propter notarum incrementum & decrementum. Nam notæ veteris Musicæ, id est, Choralis, non patiuntur augmentum neq; prolationis decrementum.

Quot sunt species figurarum simplicium? Octo.

Sequuntur Figuræ & nomina notarum.

C iij



Quid interest inter notarum caudam,  
sursum aut deorsum tractā: nihil omnī-  
no: Nam cauda, in simplicibus notarum  
figuris, qualitercunq; tracta, non immu-  
tat notarum valorem.

Quot ex dictis figuris dicuntur Ma-  
iores: quinque, quas prisci obseruabant,  
quoniam hæ quinque in omnē, nouę Mu-  
sicę, rariōnē, puta augmentationē & per-  
fectionē incidūt, | v P & II, E, H, O, D.  
Relique tres, vt, ♦, ♦, ♦, quas posteri-  
tas gratia subtilitatis adiecit, perfectio-  
nem nō patiunt̄, ob id minores vacātur,

## De notarum ualore.

<b>II</b>	maxima	qua <sup>r</sup> valer	Octo tactus sive Semibreues. quatuor tactus. scilicet, Semibre. duos tactus. sci. Semibreuis. integrū tactum.
<b>II - II</b>	longa		
<b>II</b>	breuis		
<b>○</b>	semibre.		
<b>◆</b>	minima	horum	2 4 8 16
<b>◆</b>	semimi.		
<b>◆</b>	fusa		
<b>◆</b>	semifusa		
<i>Alia figurarum dicitur.</i>			faciunt tactum.

## De Pausis.


Quid est Pausa? Est tractus per lineas iubens canentem silere.

C iiiij

**Cur pausæ sunt excognitæ? propter tria, Primum, vt dissonantiam fugiant: Secundum, vt cantum concinpi fugis & canonibus textum exornent. Tertiū, vt modulatoribus dent vigorem atq; canantes recreent,**

**Quot sunt pausarum species? tot. quot notarum, demptæ maximæ. loco cuius, duæ longæ pausæ ponuntur.**


**Vt sequens exemplum indicat.**




**Sunt ne plures pausarum species præter dictas? sunt adhuc duæ, quæ peculia ribus suis characteribus signantur, una Modalis, altera generalis dicitur.**

**Quæ est modalis? quæ quatuor lineas aut tria spatia occupat: Et hæc pausa, modum minorem perfectum indicat.**

## Pausa Modalis.



Generalis quæ est; quæ lineas omnes  
transcendit, cui & istæ character  
vicem rependit.



Quare dicitur Generalis; quia in fine, post notam finalem generaliter collocatur.

Sequitur Exercitium de usu & ualore notarum simplicium.

C v

## DISCANT SS.

Omnis caro fe  
num et omnis gloria eius, et  
omnis gloria quasi flos a gri.  
Excicatum est fenum et cecidit flos,  
uerbum autem Domini manet in eter  
num.

TENOR.

The musical score consists of five staves of Gregorian chant notation for the Tenor part. The notation is in common time, with a key signature of one sharp (F#). The neumes are square-shaped and placed on four-line red staves. Below each staff, the corresponding Latin text is written in a cursive Gothic script.

Staff 1: O mnis ca  
Staff 2: ro omnis caro fe  
Staff 3: num ex omnis gloria eius  
Staff 4: quasi flos agri, Excicatum est feni ex ceci  
Staff 5: dit flos ij  
Staff 6: Verbum autem domini manet in æternum.

## De Ligaturis.

Quid est ligatura? Est vniuersitatem notarum ad aliam coniunctio, ex quadris vel obliquis figuris formata.

Quot notarum species ligantur, quatuor, scilicet, .

Quot illarum mutant valorem? tres, longa, breuis, & semibreuis. Maxima enim, siue ligata siue non, nunquam valorem immutat.


Quomodo ergo iste valor deprehenditur: per caudam duntaxat, figuris inscriptam, quae est valoris notarum ligabilium certum indicium. Nam cauda, in sinistra parte sursum tracta, notas minuit, deorsum vero, in utroque latere, eas adauget, id quod ex ordine patebit.

## Da regulas ligaturarum.

## De Initialibus.

### I.

Omnis ligatura, habens in sinistra parte virgulam sursum tractam, semibrevis est cum proxima.



### II.

Si uero in descensu caudam habuerit,  
ipsa sola breuis est.



### III.

Ligatura, qualitercumq; formata, cōscendens, cuius prima nullam habet caudam, facit eandem breuem.



**III.**

**Prima carens cauda, longa est cadente secunda.**

**V.**

**De Medijs.**

**Quælibet in medio breuis est, una excipienda.**

**VI.                  Excipe.**

**Omnis nota, inter primam & ultimam, ligata, est media.**


**VII.**

**De Ultimis.**

**Ultima concordans breuis est quæcumque ligata.**




Excipe ligaturam semibrevis.



Vltima dependens quadrangula sit  
tibi longa.



Exceptio.






IX.

Maxima in ligatura nunquam valo-  
rem suam immutat, ubi cuncte enim pos-  
ita, semper manet maxima.





TENOR.



BASSVS.



## De tribus Musice Gradibus.

Quot sunt Gradus Musicales tres,  
scilicet: Modus, Tempus, & Prolatio.

Quid est Modus: est maximarū, lon-  
garumq; notarum mensura.

Quotuplex est: Duplex, Maior &  
Minor.

Quotuplex est Maior: duplex, perfe-  
ctus & imperfectus.

Quid est modus maior perfe-   
ctus: Est quando maxima tres  
longas continet, sic.

Imperfectus est quādo duas. sic. 

Quotuplex est minor: etiam duplex,  
scilicet, perfectus & imperfectus.

Quid est modus minor perfe-   
ctus: est ubi lōga tres breues: sic. 

Imperfectus, quando duas, sic. 

Quid est tempus: est breuium nota-  
rum dimensio.

Quotuplex est tempus: duplex, per-  
fectum & imperfectum.

**Quid est tempus perfectū?** Est quando breuis nota tres cōtinet semibreues,   
 Imperfectū duas.

**Quia est prolatio?** Est semibreue cognitio.


**Quotuplex est?** duplex, scilicet, perfecta, & imperfecta.

Perfecta quæ est? quæ tres minimas in semibreui considerat. Imperfēcta vero duas.

### De Signis Graduum.

**Quot sunt signa graduū?** tria extrinseca, & tria intrinseca.


**Quæ sunt extrinseca?** hæc.  
 $O_3$ ,  $O_2$ , O,  $\Phi$ ,  $\Theta$ , C.



Intrinsicā quā sunt; Intrinsicā signa sunt colores notarum. Quando. n. tres longae, aut Pausa modi, in cantu sine mediocritate, reperiantur, indicatio eius minor perfectus: Aut si tres breues colorantur, aut duæ pausæ semibreves, simul positæ, in cantilena inueniantur, ibi tempus perfectum designatur.

Tribus autem semibreuiis colore obductis, aut duobus suspirijs simul positis, prolatione perfecta demonstratur.

Hoc modo.



Signa modi Temporis Prolationis.

Crescunt ne pausæ in signis dictorum Graduum: maxime, Quantū enim nota crescit, tantum & pauſa.

Quot sunt signa imperfecta? vnum, scilicet, semicirculus. C, C, qui si cantileni ppositus fuerit, eas imperfectit, id

est, notas æque ac pausas diminuit.

Quottuplicia sunt signa: duplia, principalia, quæ supra posita sunt, & minus principalia.

Quot sunt signa minus principalia? quinque.

	:  :	Repetitionis
	?	
	..	
	■	Conuenientiæ
Scilicet signum	?	Generale
	¶	
	¶	mollitatis
	¶	duri, vel ☘ aspi- rationis.


Exemplum de tribus Musicæ Gradi-  
bus in Musica Andreæ Ornitoparchi, &  
Georgij Rau, reperies copiosissime.

D iii

## De dimensione uel tactibus.

Quid est tactus? est mensura mobis  
lis, qua notulae regulariter & perfecte, se-  
cundum signorum diuersitatem, canten-  
tur, reganturqz.

Quotuplex est: triplex, Maior, Mi-  
nor, & Proporcionatus.



Per quæ signa indicantur. Maior per huiusmodi signa  $\phi$   $\text{C}$  innotescit, Minor per hæc  $O$   $C$  demonstratur. Proportionatus vero per numerum circulo vel semicirculo subscripto appositóque dñoscitur. Sic.

1	1	1	$O$	$C$	$\phi_3$	$O_2$
2	3	4	3	3	$\phi_3$	$C_2$

Et reliqua, quorum resolutio infra patet.

Sed nota, quod in omnibus his signis  $\text{C}$   $O_2$   $C_2$ ,  $\phi$   $O$ , semibreuis tactus mensuratur integro, augmentatione & proportionibus exceptis.

Et Motio concordens & descendens simul sumpta, reddit tactum integrum.

Qua ratione catores eruditæ tactū Maiorem preferunt: ob eius suavitatē, hoc est, quod notæ sub eo prolatæ argutius ac lepidius resonant, atq; sub minore: sed illa differentia perraro obseruatur.

## De notarum imperfectio[n]e.

**Quid est notarum imperfectio[n]e?** Est tertiae partis, valoris notarum perfectarum, ablatio[n].

**Quando fit?** in gradibus perfectis, ubi notæ perfectæ, aut per pausam, aut colorem, aut notam minoris speciei, imperfectiuntur, teuto. **Wen die gr[ö]sser nota durch die so vmb den halben teyl kleiner ist/vnuolkommen gemacht wirt.**

**Quot sunt notæ imperfectibiles? quatuor, scilicet,**    .

**Quot sunt perficientes? etiam quatuor, scilicet,**    .

**Quot sunt perficientes & imperfectentes? tres, vtpote,**    <img alt="Faint musical notation symbol resembling a circle with a vertical stroke" data-bbox="630 730 670 770/>. Nota, quod imperfectio à minima auspicantur, minima autem non imperfectitur, sed imperfectit tantum, Maxima quoque imperfectitur, at non imperfectit.

**D**e triplici imperfectione per notā,


Quando sit imperfectio per notam;  
Qum maior nota, per minorem, valo-  
ris dimidio diminutam, imperficitur.

Hoc modo.




Quomodo hoc deprehendā? In signo modi maioris perfecti imperficitur maxima à longa, & in signo modi minoris perfecti imperficitur longa à breui. In signo autem temporis perfecti breuis à semibreui, & in signo prolationis perfecte imperficitur semibreuis à minima, ut supra in exemplo videre licet.

Quomodo fieri habet per colorē? quando notæ perfecte, colore repletæ, in cantilena reperiantur, tunc color, in notulis tertiam aufert partem, sic.



D v

Quando imperficiunt pausæ: Cum post notas perfectas, maioris speciei & valoris, immediate situantur, sic.




Differunt ne nota & pausa in agendo: maxime: Nam nota à frōte & à tergo imperficit, Pausa vero à tergo tantū. Et eā naturam & uim imperficiendi, quam nota habet, eandem habet & pausa, vt in exemplo suprascripto cernere est.


## De Puncto perfectionis. Tabula.

Quid sibi uult punctus perfectionis ad ditus.	Maxime:		Saluat eius perfectionē, ne à sequen- ti nota uel pausa imper- ficiatur.
	Longæ:		
	Breui:		
	Semibre:		

Exemplum:



DISCANTVS.




TENOR.




Punctus perfectionis, nō solum in dictis Musicæ gradibus reperitur, verum etiam in proportione hemiola sæpiissime ob incertos cantores, & textus applicationem inuenitur. Exemplum.

### T E N O R.



perfectionis in hemiola,




Diuisonis.

### B A S S V S.



perfect.



diuisonis.

**Q**uid significat punctus diuisionis? qui, si, in gradibus perfectis, & hemiola, inter duas notas perficientes, eiusdem specie, positus, indicat primam debere referri ad praecedentem, secundam uero ad sequentem, ut cernere est in exemplo superposito,

### De Augmentatione.

**Q**uid est Augmentatione? est quantitatis notarum incrementum.

**V**bi fuit: in prolatione perfecta solū, quando semibrevis tribus, & minima unum metitur tactu integro.

**Q**uomodo? ubi signum prolationis? **C**onfecte, in cantu circa unā dūtaxat cantilenæ partem fuerit constitutū, ibi notæ augmentantur. Quādo uero in singularis cantilenæ partibus tale signum repertum fuerit, non est augmentatione, sed perfecta simpliciter prolatione. Innuitur etenim per Canonis inscriptionem, dicendo: Crescit in triplo.


The image contains two musical staves. The top staff, labeled 'TENOR.', shows a sequence of notes starting with a sharp sign, followed by a C-clef, a common time signature, and a series of eighth and sixteenth notes. The bottom staff, labeled 'Augmentatio BASSVS.', shows a sequence of notes starting with a sharp sign, followed by a bass clef, and a series of eighth and sixteenth notes.

Quid est diminutio? de diminitio-  
ne & Semiditate Consule Musicam Ge-  
orgij Rau, & Ornitoparchi, qui crassissi  
me de his speciebus tractant.

### De alteratione.

Quid est alteratio? Est eiusdem no-  
tae, in quam cadit, reiteratio.  
In quam notam cadit? in secundam,

duntaxat, quod exemplum sequens declarat, ex cantilena Tandernaken, cuius Autor est Obrecht, presumptum.



Per quid innuitur Alteratio? per punctum supra notas positum, qui alterationis dicitur, fitque solum in ligatura duarum semibreuium, ut supra in exemplo videre est.

### De Syncopatione.

Quid est Syncope? Est minoris notulae ultra maiorem uel maioris reductionem. Et fit quando e medio concordantiarum, aliquid excinditur.

Exemplum.

T E N O R.

B A S S V S.

### De Proportionibus.

Quid est proportio? Est duarum quantitatum comparatio, ut 2, ad 1 dicitur proportio dupla, & 3 ad 1 tripla, & sic de rebus aliis.

Quomodo formatur proportio super inæqualitatem numerorum, ut 2 ad 1 & 3 ad 1 &c. Nam æqualitas numerorum non facit proportionem, vt: 1 ad 1, & 2, ad 2.

Quomodo: quando uumerus maior locatur supra minorem, construitur proportio: Si autem minor supra maiorem situatur, tunc destruitur.

Con-

## Constructio propor.

2	3	4	5	6
2	1	1	1	1

## Destrucio.

1	1	1	1	1
2	3	4	5	6

Quot sunt genera proportionis: quinque. scilicet. Multiplex, superpartiens, super particularis, Multiplex superparticularis, & multiplex superpartiens, &c.

Quot ex his sunt magis familiaria: duo. scilicet. multiplex & superparticulare.

Quot proportionum species sunt magis frequentiores in genere multiplici: tres, utpote, Dupla, Tripla, & Quadrapla, aliquando etiam quintupla, sed raro.

Quot in genere super particulari: tres, scili, sesquialtera, sesquitertia, & sesquiquarta. Relique omnes, ob earum difficultatem, raro accedunt in usum musicum.

## De Dupla.


Dupla, qd est: Est numeri binarij ad 1,

E


vel quaternarium ad binarium, collatio. Et  
sit quando duæ notæ, eiusdem speciei, lo-  
co unius proferuntur, signaturq; sic.

$\frac{2}{1} \mid \frac{4}{2} \mid$  O2 C2.


Exemplum.



DISCAN. Dupla



TENOR. Dupla



De Tripla.

Quomodo construitur Tripla: quæ

tres siue sex notæ, contra unam, eiusdem  
formæ, ponuntur, huius signū est. 3 | 6 |  
1 | 2 |

## Exemplum Triplæ.

## TENOR.

## Tripla.

## Tripla B A S.

## De Quadrupla.

**Quid est quadruplica? Est quatuor notarum, contra unam, positio: sicque, cum**  
**E** **n**

quatuor notulæ, contra unam, eiusdem  
speciei, ponuntur, eius signū est  $\frac{4}{1} \frac{8}{2}$

Exemplum.

Quadrupla. DISCAN.

TENOR      qua.

De Speciebus frequentioribus in  
genere superparticulari.

De Sesquialtera.

Quid est Sesquialtera: est numeri ter-  
narij ad binarium relatio, fitq; quando  
tres minimæ, contra semibreue, ponun-  
tur, hoc modo: signum  $\frac{3}{2}$

A page from a medieval manuscript featuring musical notation and Latin text. The music is written on four-line red staves using black neumes. Below the staves, the Latin text "A L T V S sesquialtera" is written in a Gothic script.

A handwritten musical score on a single staff. The key signature consists of one sharp sign. The tempo is indicated as "Poco animato". The time signature is 3/2. The melody begins with a quarter note followed by a eighth note, then a dotted half note. This pattern repeats three times. The score concludes with a fermata over the last note and a checkmark at the end.

## VAGANS sesquialtera.

## De sesquiteria.

Quando constituitur Sesquitercia:  
Cū quatuor notæ, cōtra tres, eiusdē vero  
speciei, locant̄, huius signū est 4 | 8 |  
3 | 6 |


## Exemplum.

# DISCANTVS.


E iñ



Sesquitertia: D I S.



TENOR.




sesquiter.

De Sesquiporta.

Quomodo construitur sesquiporta:  
quā quinqꝫ notulæ, contra quatuor, eius  
dem speciei, ponuntur, signaturque sic.

5 | 10 |      Exemplum.  
4 | 8 |



### De Hemiola.

Quid est Hemiola? Hemiola, quam multi triplam vocant, est triū semibreuium vel breuis pfectæ, sub unicū tactū carentium, mensura, huius signum est iste character { O      vel      C  
                3                           3 }

Habet ne aliud signum præter circulū & numerū: etiā: Nam color eandē vim

habet ceu circulus & numerus. Et quando per colorē indicatur, caret signis, qā color loco signi ponitur, uocaturque intrinsecum siue implicitum signum.

Exemplum.

The image displays four staves of musical notation, each representing a different vocal part: Discantus (top), Altus, Tenor, and Bassus (bottom). The notation is in common time, indicated by a 'C' at the beginning of the first staff. Each staff consists of five horizontal lines. The notes are represented by black diamond shapes of varying sizes, indicating pitch and duration according to the mensural system. The Discantus staff has a soprano range, the Altus staff has an alto range, the Tenor staff has a bass range, and the Bassus staff has a low bass range. The music is divided into measures by vertical bar lines.

DISCANTVS.

ALTVS.

TENOR.

BASSVS.

Musica Mensuralis finis.

## DE COMPOSITIONE Cantus Compendium.

### De numero Consonantiarum.

**Q**UOT sunt concordantiae: quatuor, scilicet unisonus, tertia, quinta, & sexta.

Quotuplices sunt: duplices, perfectae & imperfectae.

Quot sunt Perfectae: due, ut, unisonus et quint.  
Imperfectae: tercia duæ, scilicet tertia et sex.

Quomodo reliquæ ex dictis componuntur: ab unisono componitur diapason & disdiapason, quæ omnes perfectæ sunt. A quinta componitur diapente diapason, & diapente disdiapason, que etiam perfectæ sunt. A tertia cōstruuntur ditonus diapason, & ditonus disdiapason. A sexta autem cōflantur tonus diapē-

te diapason, & tonus diapente disdiapason, quæ omnes imperfectæ resonantiam præbent.

Quæ est differentia cōsonantiarum: nemo facile potest iudicare atq; considerare quid intersit inter concordantiarū discriminem, nisi sit natura Componista, arte & multo usū bene instructus, & si q; perperā hoc discriminem seruauerit, is difficile cantum suauem, sine uitij; condiderit. Videlicet enim nostro tēpore nōnulos componistas, qui ad constructionem cantilenarum, arte parum intellecta, no uas quasdam clausulationes, sed eas contra tonorum vim, affingunt. Alij tam varie & illepidè condunt, quod vix melodiæ suauitas discerni potest. Quomodo.n.componet is, qui nunquā audiuit, legit, nec ad vnguem componendi præcepta didicit? Sed redeam ad institutū: Ut igitur tibi quam maxime, plane & dilucide possem, & omnibus huic arti bene facientibus, prodessem, exempla, quæ ad hanc rem maxime cōducunt ob-

oculos ponam, ex quib. facile hoc discri-  
men cognoscas. Et quid p̄cipue in hac re  
requiritur, quidue Iosquinus curauit in  
de germanam & genuinā huius artis no-  
ticiam consequaris, breuiter accipias.  
Quid autem traditurus sim, iudiciū erit  
musicorum. Non n. p̄mitto iudicium de  
hac arte indoctis cantoribus, qui vulgo  
imitatores Iosquini dici volūt, cum nul-  
lum carmen ab ipso conditum viderint,  
qui iactant suas ineptas cantilenas esse  
multo lēpidiores aptioresq; Iosquini, tā  
tum. n. abest vt Iosquinū imitentur, quā-  
tum cōlum à terra: Quoniam Iosquinī  
Carmina habēt multas & varias & argu-  
tissimas clausulationes, aptissimis fugis  
& canonib; exornatis, plenas suauita-  
tis, & ad compositoriam artē sane in pri-  
mi, conducibiles, quare uellem compo-  
nistis Iosquiniana carmina esse quam fa-  
miliarissima.

Quæ consonantiarū sunt duriores?  
Concordantiarum aliæ sunt sonitu forti

F ij

ores, vt, quinta & tertia, aliæ vero molliores, vt unisonus & sexta.


Quotuplices sunt concordantiæ imperfectæ duplices, q̄modo: Nam quædam sunt duræ, vt Ditonus & tonus diapente, quædam uero molles, vt, Semiditonus & Semitonium diapente.

Quomodo in carminibus locantur: habent quædam loca peculiaria, vbi & quomodo poni debent, q̄ infra crassissime patebit.

Quomodo hoc deprehendam: si uis apte & argute componere, perpende & considera vocum & numerorū genera, quæ in certis præceptis consistunt, dæc̄ operam, vt subsequentes canones tibi sint familiarissimi.

### I.

Dux concordantiæ perfectæ, immediate se sequi non debent.



DISCAN.




TENOR.

II.

Dux autem vel plures imperfectæ  
cōcordatiæ immediate se sequi possunt.



DIS.




TEN.

F ij


## III.

Octaua & quinta interdum immedia  
te se sequuntur, sed hoc in dissimilibus  
motibus. Fuga in vnisono.




## III.

Si perfectæ concordantiæ, se iuxta ca-  
nonem sequuntur in vnisono, non erit  
vitium, quod totum Iosquinianum est.




TEN. passio dñi &c.



BAS.

## V.

In diminutioribus figurarum speciebus crebro usū venire solet, vt discordātia sequatur concordantiam, & contra. At si ita contigerit, cauendum ne plures præter vnam sequantur.



A L T V S.



B A S S V S.

## VI.

Breuis & semibreuis nunquā patiuntur discordantiam quia valde lædunt & vitiant consonantias, si in cantu imperfectione discordantes reperiantur, uerū ubi in proportionem duplam vel quadruplicam incidunt, admittuntur.

F iiii

**Quadrupla.**



**TEN.**

**BAS.**

**VII.**

Omnis cantilenarum partes, in concordantias perfectis, iuxta priscorum morem, terminari habent, nisi Cantilena sic quarti toni, quae alium atque alium sibi finem excogitare solet, ut videre licet in exemplo.



**DISCAN.**



**ALT.**



T E N.



B A S.

### VIII.

Propinquiores concordiaæ, que in  
tra Disdiapason cōtinentur, auditu sunt  
multo iucundiores , quam quæ nimium  
inter se distant.

### IX.

Obseruabis quoq; ne s̄epius, ultra dis-  
diapason , concordantias effingas , sunt  
enim quasi dissonæ, ac repugnâtes. Qui  
autem caute agunt hoc interuallum ra-  
ro transcendunt.

F v

**Sequuntur Canones de dispositio-  
ne & ordinatione quatuor  
partium.**

Quot sunt partes Cantilenarū? quatuor, scili. Discantus, Altus siue contra-tenor, Tenor, & Bassus. Quando autem Cantilena quinqꝫ partes habuerit, tunc quinta pars dicitur Vagans. Interdū etiam sex vocum, cantilenæ, ab eruditis Musicis, cōpositæ, reperiuntur, quarū sexta pars Subbassus vocatur: si autē plus res quā sex voces sint, dicimus, primus Discantus, secundus discantus, & sic de reliquis.

**I.**

Quando Discantus cum tenore, in diapason, & Bassus in disdiapason infra ordinatur, tunc altus diapente vel tertia supra tenorem occupabit.

**II.**

Si Discantus tertiam supra tenorē tingerit, Bassus diapason infra tenorē ha-

bebit. Altus vero diapenten supra, vel  
diatessaron, uel tertiam infra eū tenebit.

III.

Quoties enim discantus diatessaron  
supra tenorem habuerit, toties Bassus  
diapenten, altus vero tertiam infra col-  
locabit.

IV.

Discantus raro supra tenorem diapen-  
ten, constituit, & si ita contigerit, Bassus  
diapason infra, & altus ditonū vel semi-  
ditonum sibi vendicabit.

V.

Si Discantus sextam supra tenorem  
occupauerit, id quod Discanto propriū  
esse solet, tum Bassus ad Diapenten in-  
fra deprimetur, & Altus ad diatessaron  
leuabitur.

VI.

Quando Bassus tertiam infra tenorē  
continet, Discantus diapason supra, &

**Altus tertiam siue sextam supra comprehendet.**


## VII.

**Cum autem Bassus decimam infra tenorem occupauerit, tunc discantus ad sextam ascendet. Altus vero tertiam supra vel infra habebit, sed illud ad nutum componistæ.**

## VIII.


**Quum enim Bassus infra tenore diapason complectitur ( quod rarissime fieri solet ) Discantus tertiam infra, vel sextam vel diapason supra postulabit, & tunc Altus iuxta consonantarum exigentiam ordinari debet.**

**Sequitur Exemplum cuiuslibet regulæ uim & notiam, declarans.**




I II III IIII V VI VII VIII


Hæc est simplex concordiarum  
compositio secundum prædictas regu-  
las, posset enim multo subtilius & velo-  
tius construi, hoc modo.




Sequitur Resolutio.




DISCAN.



ALTVS.



TENOR.



BAS.

Hunc modum, regulis bene cognitis,  
vñsus, artium magister, facile docebit.

SI CVI ANIMVS EST SVA-  
uem Harmoniam constituere, quaf-  
dam Regulas obseruet,  
necessum est.

I.

Principio omnium maxime decet ne  
ex vulgari Musicorum fece sit, Et vt sca-  
lam decemlinealem ( quam vocant ) in  
promptu habeat, oportet, Et claves si-  
gnatas , in suum ordinem veluti in nidū  
reponat. II.

Et ne forsitan dissonum quippiam &  
 $\tau\alpha\varrho\alpha\ \mu\epsilon\lambda\sigma$  ( Id est præter cantilenam ) vt  
Græci dicunt, componat, tempus à tēpo-  
re, diligenter discernat, necessum est, ut  
bene tēporis perfecti ab imperfecti rati-  
one cognita, omnia suū sorciantur locū.

III.

Tamen nec omittendum est, quo iu-  
diciū, exactum adhibeat, ne in concor-  
dantīs perfectis, veluti in quintis, & o-  
ctauis mi contra fa in acie, pugnet : Nes-  
cio em̄ q̄  $\ddot{\alpha}\varphi\omega\dot{\nu}\alpha\dot{\iota}\alpha$ , hoc est dissonantia que-  
dā resultat, quæ aures vehementius feriat

**De Clausulationibus & Cano-  
nibus formandis  
regulæ.**

**I.**

**In omni cantilenarum compositione  
considerabitur tonus, ne partes extra re-  
gularem tonum vagentur, alias melodia  
corrumperetur.**

**II.**

**Causebis, nè in scala compositoria Dis-  
diapason transfilias, quia consonantiae in-  
tra Disdiapason sunt frequentiores &  
multo suauiores alijs.**


**III.**

**In formandis Clausulationibus & fu-  
gis maxime omnium floruit losquinus  
quem in hac arte imitari consultissimum  
existimauit.**

**Sequuntur Clausulae mixtae Fu-  
gis primi Toni.**




## DISCANT.



## SECVNDI.



# ALTVS.



## TER TII.

G

Vagans.

Subbassus.


**QVARTI.**

Discantus.

Contra Tenor.


**QVINTI.**

Tenor.



Bassus.

SEX TI.




Discantus.




Bassus.

SEPTIMI.



Tenor.



Bassus.

G ij

## OCTAVI.



Discan.



Tenor.

His plures & dulciores clausulatio-  
nes superaddi possent.

**C**Vr Pausæ ponuntur in Cantu: ob  
plures, quarum quædā superius in  
Musica mēsurali cōmemoratæ sunt, sed  
componistæ præter eas, alias quoq; ha-  
bent, tametsi à Contrapuncto nō cogan-  
tut. Sed primo ponuntur ad euitandum  
Tritonum semidiapenten & alia prohi-  
bita interualla. Secūdo ad discretionem  
perfectarū concordiarū, quæ seinui-

em consequi, ascensu vel descensu, prohibitæ sunt. Tertio ut Cantus in Gemellis duabus vocibus tantum cōstans suauior existat, quoniā cæteræ voces tacent, quæ deinde prioribus duabus tacentibus subsequuntur, licet eadem Harmoniā concentumq; repetant, quod auditu iucundiss: sit, quo & Iosquinus plurimū usus est. Quarto, quod Cantus ultra sex, octo duodecim voces expluribus quoq; partibus componuntur.


Iosquinus in priinis curauit, vt propinquiores concordantias quam simplissime potuit, cōstrueret, idq; quodam cum iudicio fecit. Quoniam quod simpliciter secundum verā artem conditum est, hoc magis delectat & mouet hominum aures, quam quod sine arte & regulis constat. Multi gaudent velocitati notarum, etsi parū delectat, at pauci fauent suavitati ac subtilitati, quæ, maxime sitæ sunt in fugis breuium & semibreuiū, quibus Iosquinus usus est.

G iii

**EXEMPLVM SVC CEDIT DE SVB-**  
**tilitate cantilenarum, qua homines mouentur.**




**DISCANTVS.**




**ALT VS.**



**TENOR.**




## BASSVS.







## De componendis duabus vocibus.


Quomodo duæ partes cātilenæ apte cōponi debent? In cōpositione duarum partiū obseruabis cōsonantias p̄pinquiōres, volunt enim istæ partes semper circa ascensum & descensum conuersare, & quasi familiaritatem inuicem habere, ut cernere est in exemplo.

G iij



TENOR.





Eodem modo etiā tres cantilenarum  
partes constitui debent.

G v


**D**a tabulam compositoria, quam veteres illi Musici usurparunt? Tabulam qua usus Iosquinus & Isaac & reliqui eruditissimi, nemo verbis neq; exemplis tradere potest. Eius ratio est, q; veteres illi, tabulis ligneis vel lapideis nō contenti fuerunt, non q; ijs non vsl fuerint, verū magis se ad Theoricam quam ad practicam applicarunt, quare qui hanc artem ignorant, nihil certi componēt, sed plane operam luserint.

**Q**uomodo hæc deprehendam? obscura quidē res est, præcipue Theorica ignorantibus, natura enim, in hac arte cōponendi cantilenas, reddimur eruditiores certioresq;. Quemadmodū enim Poëtæ naturali quodā imputu, ad condenda Carm̄n.s, excitantur, habentes in animo res, quas descripturi sint, inclusas et c. Sic etiā operat Componistā prius quasdam, in animo, clausul. s, sed optimas, excogitare, et quodā iuditio easdem perpendere, nè aliqua nota totā uitiet clausulā, et auditorum aures tædiosas faciat. Deinde, ad exercitationem accedere, hoc est, excogitatas clausulas, in ordinem quēdam distribuere, et eas, quæ uidentur aptiores seruare.

**Q**uis est iste ordo distribuēdi uoces? Est qui antiquitus, et ab ipso Iosquino, seruatus et traditus est, quem

quoque instructissimi quidam Musici nostro tempore  
discipulis suis tradidere.

**SEQ VITVR ORDO DISTRIBVENDI**  
voces siue cantilenarum partes, quem prisci  
tabularum uice usurparunt.




*Sancta Maria succur.* VERDELOT.

De accentu Ecclesiastico, siue ratio-  
ne legendi lectiones, Epistolas  
& Euangelia verna:  
Institutiones.

Quid est accentus Ecclesiasticus? Est modus quidam, qui, in legendis prophetis, lectionibus, Euangelijs, & Epistolis, seruari solet.

Quomodo cognoscitur ille accentus? per punctum, in textu positum.

Quotuplex est accentus Ecclesiasticus: sextuplex.

	Immutabilis	<i>qui syllabam finalē</i> 	<i>nec leuat nec de- primit.</i>
scilicet,	Medius		<i>ad tertiam de- primit.</i>
	Grauis		<i>ad quintam</i>
	Acutus		<i>ad locum sui de- scensus reducit.</i>
	Moderatus		<i>in proximam se- cundam leuat.</i>
	Interrogatiuus		<i>gradatim ele-</i>

Quot sunt puncti: quatuor, scilicet,  
distinctio siue virgula, / comma: colon.  
& interrogatorius:

Quotuplicem accentum hábet distinc-  
tio: triplicem, scilicet, immutabilem,  
Acutum, & Moderatum: Cōma autem  
Medium comprehendit accentum. Co-  
lon vero grauem assciscit.

Quomodo hoc deprehendam: si in  
vna oratione, inter plures dictiones  
distinctio repereatur, eas in vnisono esse  
proferendas demonstrat. Si autem com-  
ma, hoc est, duo puncti: tunc ultima syllaba  
ad tertiam deprimitur, excepta dictio-  
ne monosyllaba, & hebraica, que in pro-  
ximam secundā leuantur. Quando vero  
Colon, hoc est, punctus ante literam ca-  
pitalem, inuenitur, indicat ultimam syl-  
labam, debere grauari ad quintā, dictio-  
ne hebraica & monosyllaba dēpta, quæ  
ad locum sui descensus vult eleuari, iu-  
xta quantitatem syllabarum. Id quod se-  
quens lectio copiose declarat.

**Sequitur Exemplum de legendis lectio-  
nibus : ad Gala . 3.**

**L**ECTIO Epistole sancti Pauli ad Galatas : capite  
*t: r:to. sic stulti estis, ut cū spiritū ceperitis : nūc carne  
 consum:mini. Qui ergo uobis tribuit spiritum, ex ope:  
 ratur uirtutes in uobis, ex operibus legis an ex auditu  
 fidei ? quia qui ex fidei sunt, hi sunt filii Abrahæ.  
 Prænuntiauit Abrahæ, quia benedicetur in te oēs gētes.  
 Igitur qui ex fidei sunt, benedicetur cū fideli Abraham:*



Eodem modo nunc Euangelia & prophetiæ legūtur. Etiā uernaculæ linguae. Et hunc accentum, cum tam uarius sit, & vna quæq; ferè natio, peculiarem sibi, contra præcepta Musices affinxit, Vsus magis docet, quam vt quis eū præceptis tradere possit. Audatia etiam hac in re, plurimum conducit, iuuatq;.

### Peroratio.

**H**ec habui optimi puteri, que de Musica simpliciss: scriberē, Vestrā igitur interest, has institutiones non solum memoriæ tradere, verum etiam assiduo accommodare usui. Nihil enim laude dignum (dicente Cicerone in officijs) consequi quenq; posse arbitror, nisi id usui assiduo tribuatur. Quare uos moneo &hortor, vt in his institutionibus perdescendis, vos diligēter exerceatis, & leges præceptorum vestrorū non minus quam Dei & parentum incolumes seruetis.

*Aug. 1539.*  
 Die 11<sup>me</sup> Junij Hegia et Neouyler me  
 sponsus sum, et celebratus sum Mathias  
 Apianus in litteris eis.



BERNAE HELVET. EXCVDEBAT  
Mathias Apiarius.  
 1539.